



kat.komp.

33608



Mag. St. Dr.

P

Jean de Nivola's Mercurius in fabula roris, Christ-
ianus Salvator.

1733

See R
N. 446

POËTAE POLON.

~~N.~~

N

C

S

L

V
T

MERCURIUS

In Fabula

VERUS,

CHRISTUS

SALVATOR.

Scenico Apparatu

Per

Illustrissimam Scholæ Grammatices

JUVENTUTEM

Spectante Magnorum Hospitum,

Frequentia,

In Classibus Novodvorskianis

DEMONSTRATUS.

Anno Domini 1733. Die 31. Martii.

V. CRACOVIAE
TYPIS UNIVERSITATIS.

712
I N S T E M M A
Celsissimæ Domûs
LUBOMIRSCIORUM



BIBLIOTHECA
VNI. IAGELL.
GRACOVENSIS

33.608. III

Altis cur SRZENIAWA fluit Cælestibus oris,
In terras FLUVIUS, provehit iste Deos.
Hoc FLUMEN Patriæ pretiosas volvit arenas,
Quo nec PACTOLUS, ditior ipse manet.

Celfissimis Illustrissimis
Et Excellentissimis Dominis
D. STANISLAO
&
JOSEPHO
COMITIBUS *In WISNICZ & JAROSLAW*
LUBOMIRSCIJS
S. R. IMP: PRINCIPIBUS
PALATINIDIS SANDOMIRIENSIBVS,
SANDECENSI &c. IAORLICENSI &c.
CAPITANEIS.
Dominis ac Mæcenatibus
Gratiosissimis.



*Arcite Cracij Archibycæi maximi Ascarij, au-
gusta Lechicæ ornamenta gentis, quod Ve-
stræ ad magna natæ indoli pridem domesti-
cum, nunc Scenicis involutum umbris offeram*
MERCVRIVM PRINCIPES
Celfissimi. *Non novum quippè est in*
Celfissima **LVBOMIRSCIORVM** Domo *tot*
facundos pro Patria, Ecclesia, & bono publico inveniri Tullios,
tot magnanimos Martem spirantes reperiri Herodæas, quos si ad
calculum

714
calculum revocare velis, pagina in Diphtheram abeat necesse, non
tamen ex omni tantorum Nominum, aut rectefactorum amplitudi-
nem comprehendet. Cognatus Superis Celsissimus SRZE-
NIAVA est, solos nonnisi Foves, Palinuros, aut Dijs pro-
ximos Æsonides patitur, qui per maximas tempestates pretiosum
aureæ libertatis vellus ad felix bonæ spei promontorium deferre
norunt. Vidit Orbis & adoravit LVBOMIRSCIOS
Togâ sagoq̃ potentes, ad metum & pericula immobiles, sensere
Moschi cladis Authores suæ. Erubuit cum matutina aurora in-
solentis fortunæ confusus indulgentiæ Oriens, qui licet ad cudenda
in perniciem nostram arma, Æthneum provocaverat Fabrum, Cy-
clopas & Steropes in ministerium sine respiro admoverat, minimè
tamen bellicosas terruit animas, ad belli turbines, & tubarum
clangores impavidas, imò his ipsis quæ paraverat confossus telis.
Obstupuit Sueticus jubâ crispatâ Leo tantam Mavortiorum pe-
torum magnitudinem, didicitq̃ generosas Polonorum mentes in aci-
em Gradivi non provocari frustra, ni ex cæsis militum cadaveri-
bus gradus sibi ad immortalis gloriæ Capitolium struant, ni pro-
fuso hostili sanguine purpuras sibi depingant, aut ex profligata
strage Pyramides & Colossos erigant, in quibus sera posteritas legat,
quantum certantibus pro Patria debeat Heroibus, quantum Le-
chicæ libertatis Propugnatoribus. Quidquid sit, habeat Præcellsa
Domus Vestra oracula ab ore fundentes Pericles, Epaminon-
das Sarmaticos, Scipiones, Camillos, vitam pro Patria devoven-
tes Curtios, non tamen inter hæc illustria quæ orbem admiratione
implent Nomina, Mercurio deerit locus, qui vel exinde gratior,
quòd sub Scenicis umbris tragicam Passionis Dominicæ memoriam
representat. Nec hæ Celsissimo Vestrum oberunt nitori;
non nocent tenebræ accensæ in Zodiaco Cælesti lampadi, delicatus
Apellis penicillus sub umbris clarior, nubila Solem tegunt, non
obscurant, imò inter nubes splendidior apparet Titan. Augustus Fa-
milie Vestræ splendor, eandem cum Phæbo originem habet, qui
in totum quæ latepatet diffusus orbem, perstringit lumina intuenti-
um, Celsissima LVBOMIRSCIORVM Nomina

à longe

715

à longe tantum mirari permittit. Hinc ignoscite magnæ Animæ,
vetustissimam propaginem Vestram non enumero, ne derivatum à
tot sæculis AVORUM ATAVORUMQUE Sangvinem imperi-
tò depingens artificiò, debito Vestrum Honori injurius fiam;
aut postquam me alto Gentilitij SRZENIAVÆ com-
misero, in Illius submergar profundo. Innuam tantum Celsis-
simum GENITOREM Vestrum, in quo quæcunq; sparsa
per alios Antecessorum decora, collecta sunt. Alcides hic
Sarmaticus, consurgentia in Patriam ab Oriente & Occidente
monstra, heroicâ virtute domuit, superavit, sibi gloriam victuræ
semper apud posteros laudis comparavit. Hebescit calamus in de-
scribendis tanti Viri elogijs, & egregijs facinoribus, quæ Orbis
mirari, stellati Regia Poli nonnisi coronare potest. Dicere LV-
BOMIRSCIVM satis est ad gloriam, dicere Sandomi-
riensem PALATINUM satis ad pompam, dicere Celsissi-
mum, satis ad eminentiam. Gradivo Patre Vos Poloni pro-
didistis Hæctores, STANISLAE Sandecensis, IOSE-
PHE Iaorlicensis CAPITANEI. ambo gravitate mo-
rum, Sapientiâ superante annos, maturitate virtutum ubiq; com-
mendatissimi. Teneram indolem ita FAGELLONICÆ de-
vovetis Palladi, ut etiam Gradivum præsentem animo habeatis,
utrâq; dexterâ & gladium & calamum geritis, non ignari tantis
Nominibus laurus & palmas communes esse, quæ Caput Ve-
strum ambient. Ad ludum literarium seria quævis paragitis, ex
hac, quam teritis arenâ crescunt Vobis victoriarum insignia, crescunt
tenerioribus Perseis Rosæ in Coronas. Ex Scholastico pulvere
cui memoranda Celsissimi Nominis imprimitis vestigia, assurgit
Vobis magnæ eruditionis Olympus. Ex Grammaticis casibus ad
summa honorum fastigia certi Vobis comparantur gradus, ad su-
blimes Senatorias curules culmina Magno Nomini Vestro
extruuntur. Summæ felicitati Iagellonica imputat Mi-
nerva, quod Vos magnos habeat alumnos, ex quibus nemo non
discere potest, quomodo magnis indolem intendat conatibus, & ad su-
blimia quævis debeat anhelare. Principes origine estis, in No-

²¹⁶²⁵
vodvorsciana Palestra inter Polonos magna spei Juvenes Im-
peratores agitis, & nemo est qui pulcherrimus Vestrum ad que-
vis laudabilia non concitetur exemplis. Ergo ad Illustrissimi-
mum SRZENIAVAM Vestrum ultima Gram-
matices devolvitur classis, inter tantorum decorum incrementa
Mercurium offert, votis suis oneraria. Vivite in dulce decus
Patriæ Poloni Ascanij, singulare Celsissimi Parentis solatium,
Almæ Studiorum Matris Universitatis Cracoviensis in Subsidi-
um. Perorante pro Vobis MERCURIO Sacro Altissimos ho-
norum teneatis Fasces, Fortunatissimos semper experiamini Succes-
sus, quos vovet.

**Celsissimarum Dominationum
VESTRARUM**

Humillimus Servus

M. NICOLAUS IWANSKI,
Philosophiæ Doctor,
Scholæ Grammatices
PROFESSOR.

argum.

ARGUMENTUM

Postquam Supremus Jupiter Orbem Vniversum creáisset, bonum duxit, ne rerum Sublunarium series in disordinem abiret, eidem suos constituere Rectores. Convocatis igitur per Mercurium Dijs & Deabus, singulis distribuit munia; Persephonæ Filix Cerens hortum amantissimum contulit, præcipiens: ne aurea, quæ ibi erant, comederet poma; hæc aviditate ducta, mandatum non servavit Jovis, mox à Plutone ad inferos rapta, tandem ad preces Cerens Matris suæ, per Mercurium ex inferno liberata.

Stworzywszy Naywyższy Jowisz Swiat, umyślił; aby rzeczy podmiecne w nieporzadku nie były, onym swoich postanowił Rządcom. Zwoławszy tedy przez Merkuryusza Bogow y Boginie, między wszystkich podziela urzędy; Persefonie Corce Cerery, ogrod rokoszny oddał, zakazuiać: aby złotych, które tam były nie iadała iablek; ta chciwością uwiedźiona, rozkazu nie zachowała Jowisza, natychmiast od Plutona do piekła porwana, potym na prozbe Cerery Matki swoiey, przez Merkuryusza z piekła uwolniona.

PROLOGUS.

ACTUS I.

SCENA I.

Jupiter in eminenti sedens Throno, quid valeat deprædicat.

Bog Jowisz na wspaniałym siedzący Thronie, władza swoię opowiada.

SCENA II.

Jupiter videns Orbi necessarios Rectores, mandat Mercurio, ut Deos convocet.

Jowisz widząc Swiatu potrzebnych Rządcom, rozkazuje Merkurysowi, aby Bogow zwołat.

710 S C E N A III.

Convocatis Dijs per Mercurium Jupiter, singulis distribuit munia, Apollini Parnassum, Marti horrenda, praelia, Vulcano officinas, Neptuno Maria, Fauno Sylvas, Plutoni Infernum in gubernium reddit, pro quo ipsi gratias agunt.

Zwoławszy Bogów przez Merkuryusza Jowisz każdemu z osobną rozdaje urzędy, Apollinowi Parnas, Marsowi straszliwe wojny, Wulkanowi kuźnie, Neptunowi morza, Faunowi lasy, Plutonowi piekło pod władzą daje, za co mu oni dziekuia.

S C E N A IV.

Distributis inter Deos officijs Jupiter, etiam Deabus sua munia confert, Palladi super Sapientes, Cereri super agros, Pomonæ super fructus, Chloridi super hortos imperium tradit, solum amœnitatis hortum sibi relinquit.

Podzielawszy między Bogów urzędy Jowisz, Boginiom także swoje zwierzchność daje, Palladę nad mądrości, Cerere nad polami, Pomonę nad owocami, Chlorydę nad ogrodami Pania czyni, ieden ogród roskosny dla siebie zostawia.

S C E N A V.

Reservatum hortum amœnitatis Persephonæ Filix Ceteris per Mercurium confert, præcipiens: ne aurea quæ ibi erant, comedat poma; quæ promittit se mandatum Jovis servaturam.

Zostawiony ogród roskosny Persefonie Corce Cerery przez Merkuryusza oddaje, zakazuje; żeby złotych które tam były nie jadła jabłek, która obietnicę, że rozkaz Jowisza zachowa.

Intermedium.

ACTUS

A C T U S II. 719.

S C E N A I

Persephone lætatur oblatò sibi à Jove hortò.

Persephone cieszy się konferowánym sobie od Jowisza ogrodem.

S C E N A II.

Regina Cybeles & Ceres in triumphali curru leonibus vehuntur, & visitant Persephonem, quibus illa delicias horti ostendit.

Krolowa Cybeles y Ceres ná tryumfálnym wozie Lwami sie wioza, y wizyte oddaja Persefonie, ktorym ona roskosy ogrodu pokazuie.

S C E N A III.

Regina Cybeles gratias agit pro ostensis delicijs horti, & simul Cererem invitat ad se pro convivio.

Krolowa Cybeles dziekuie zá pokazanie roskosy ogrodu, y rázem Cerery uprasa do siebie ná bankiet.

S C E N A VI.

Ceres discedens pro convivio, Filiam suam relinquit in horto, & monet, quatenus sit memor mandati Jovis.

Ceres odiezdziatc ná bankiet, Corke swoje zostawie w ogrodzie, y rázem napomina, żeby byla pámietna ná zakaz Jowisza.

S C E N A V.

Persephone aviditate ducta, aureum carpit ab arbore pomum, moxq; lethaliter obdormit, postea à Plutone ad inferos rapitur.

Persefone chciwościa uwiedziona, złote zrywa z drzewa iáblko, ná rychmaist smiertelnie zasypia, ktora potom Pluto do piekla bierze.

Intermedium.

ACTUS III.

SCENA I.

Ceres rediens ex convivio, tristatur de absente Filia, quam non videt in horto.

Ceres powrotimszy z bankietu, smuci sie, ze nie widzi Corke swoiey w ogrodzie.

SCENA II.

Ceres conscendit mare, petit Neptunum de rapta Filia, à quo remissa ad Solem, qui respondet eam esse apud inferos.

Ceres wsiada w okret, prosi Neptuna o zgubiona Corke, od ktorego odeslana do Slonca, Slonce odpowiada, ze jest w piekle.

SCENA III.

Ceres accepto responsò à Sole sacrificat Jovi, & petit, ut liberet ab inferno Filiam ejus.

Ceres wzianwszy respons od Slonca czyni Jowisowi ofiary, y prosi, aby uwolnit z piekla Corke Jey.

SCENA IV.

Jupiter placatus precibus Cereris, mittit Mercurium ad eliberandam Persephonem.

Jowis ublagany prozbami Cerery, posyla Merkuryusa na wybawienie Persefony.

SCENA V.

Eliberatori Mercurio instituuntur plausus.

Uwolnicielowi Merkuryusowi czynia applauzy.

GENI.

G E N I U S

887
721.

ADumbratam falsis Pòëtarum commentis,
magnam tamen veri in se partem continenti-
bus, adusq; spectastis trægædiam AA. Nunc dem-
ptô scenicæ adumbrationis Sypariô, devota men-
te Passionis Dominicæ memoriam evidentiùs con-
templemini. Addam hic guttam Oceano, auge-
bo exiguâ Olympum athomo, metiar immensum
Helespontum palmô, dum sub fabuloso Mercurij
nomine, verum salutis humanæ Christum indu-
cam Redemptorem. Initium perditæ Filix Cereris
hortus amænitatis erat, origo lapsæ naturæ huma-
næ, Paradisus voluptatis. Illa aurei ducta aviditate
pomi, monita Supremi excessit Tonantis, hæc per
Protoplastas primos, interdictos de ligno scientiæ
boni & mali comedens fructus, Æterni Patris non
servavit mandata. Illa ex viridi pomario varijs cul-
tissimo herbis, infernali cessit in spolium prædoni,
hæc ex perpetuò virenti omnium deliciarum Pa-
radiso exul, ad tristem miseriarum damnata orcum.
Diu supremus consilia cum Dijs agitabat Jupiter,
quomodo raptam Persephonen à Tartarea elibe-
raret Styge, pro reparâda salute humana, ipsa San-
ctissima allaborabat Trias. Ille victimis placatus
Cereris, facundum Mercurium misit, ut pro restitu-
enda peroraret Filia. Æternus Pater, qui tribus
molem terræ appendit digittis, Verbum quod se-

B

mel

mel in Æternitate locutus ad redimendum genus humanum destinavit. At si ille fabulosi Jovis Filius. Hic veri DEI Natus dilectissimus; quæ erit falsi Numinis ad æternam Veritatem proportio? si ille obscurò Pòetarù genitus figmentò, Hic Lumen de lumine, quæ lucis ad tenebras comparatio? Ille jussu Tonantis contra Phlegetontes processit acies, Christus solo amore hominum incomprehensibili succensus, contra infensos salutis humanæ hostes liberè ivit. Ille caduceò monstra debellavit inferni, Hic signò Crucis partes fugavit adversas, & effusò proprij Sanguinis diluviò ferventes in Genus humanum extinxit furores. Mercurius de tristi Eumenidum Regia Persephonen Filiam Cereris in Elysios eduxit campos, Christus naturam humanam de horrendis Cerberi creptam faucibus Increata luce & visione beatifica gaudere fecit. In Cujus memoriam Vos Juvenes Lectissimi, Aurelij Lippi Orationem perorate.

Intermedium.



Cum Permissu Magnifici Domini

R E C T O R I S.




J. XIX. 10. W.

enus
Fili-
falsi
i ille
n de
e juf-
cies,
ibili
es li-
rni,
usō
hu-
me-
Ely-
nam
ata
Cu-
elij



ni



Biblioteka Jagiellońska

sldr0010884

